Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sibi Cui dixit helyseus Quid uis ut faciam tibi?
Dic mihi quid habes in domo tua At illa respondit Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea
nisi paxillum olei quo ungar. Vade et pete mutuo
ab omnibus uicinis tuis uasa uacua non pauca.
et ingredere et claude ostium cum intrinsecus
fueris tu et filij tui et mitte inde in omnia uasa
hec: et cum plena fuerint tolles Fuit itaque mu
lier: et clausit ostium super se et super filios suos
illi offerebant uasa: et illa infundebat Cumque
plena fuissent uasa dixit ad filium suum Affer
mihi adhuc uas At ille respondit Non habeo
Stetique oleum Venit autem illa et indicauit
homini dei Et ille: uade inquit uende oleum et
redde creditori tuo: tu autem et filij tui uiuite
de reliquo GRA Ab occultis meis munda me domine et
ab alienis parce seruo tuo V Si mei non fuerint dominati
tunc immaculatus ero et emundabor: a delicto maximo.
Sit R. elpiscopus iesus Secundum Matheum
in discipulos suos dixit symon petro Si peccauerit
in te frater tuus: uade et corripe eum inter
te et ipsum solum Si te audierit: lucratus eris fra
trem tuum Si autem te non audierit: adhibe tecum
adhuc unum uel duos: ut in ore duorum uel trium
testium stet omne uerbum Quod si non audierit
eos: dic ecclesie Si autem ecclesiam non audierit, sit
tibi sicut ethnicus et publicanus Amen dico
uobis: quecumque alligaueritis super terram erit
ligata et in celo: et quecumque solueritis super
terram: erunt soluta et in celo Iterum dico uobis
quia si duo ex uobis consenserint super terram